



**Augustinianum Systema De Gratia Ab Iniqua Bajani, Et
Janseniani Erroris Insimulatione Vindicatum, Sive
Refutatio Librorum Quorum Titulus Bajanismus, Et
Jansenismus Redivivi In Scriptis PP. FF. ...**

Bellelli, Fulgenzio

Monachii [u.a.], 1749

§. V. Bajo Pater Bellelli adversatur in sententia de operibus de liberatis in
Deum referendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-83723](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-83723)

Bellelli ibid. qui ex fide non vivit, nudum operuerit, pag. 411. & periclitantem liberaverit, ægri vulnera Aug. tom. 10. pag. 600. foverit, divitias honestæ amicitia impenderit, ad testimonium falsum nec tormentis poterit impelli, bona quidem facit; at non bene, sed male facit, quia non bona, sed mala efficit voluntate. Non igitur propter officium, sed propter actualem inordinatam voluntatem, arbor mala est. Nec aliter Augustinus prælaudato cap. 3. num. 30.

4.
Quartò.

Similiter paulo infra: Quæ vero ex officio esse videntur bona, at non ex intentione fidei bonæ procedunt, ut Julianus censebat, ultro ea sine Salvatoris adjutorio per naturæ vires fieri posse Augustinus fatebatur: sunt enim illa bona officia, bona quidem, sed apud homines, qui civilia opera intuentur ac probant; sed

sine inspecto sunt mala: bona quidem sunt, sed male facta apud Deum. Atque ita Augustinus num. 33.

Verumtamen malam voluntatem, & Bellelli pag. 214. Augustinus p. 602. debita intentionis omissionem, cum non sit causa bonorum illorum operum, quæ in infidelibus bona sunt ex officio, ac non sunt bona defectu ordinationis in finem ultimum, non corrumpere officia diserte, & perspicue docet Fulgentius Bellelli eodem lib. v. cap. 12. ubi ait, non in- Bellelli eod. quinari opus ex malitia causa, nisi ex illa tom. 1. de procedat, laudans Cardinalem Bellarmi- modo Repar. num id asserentem * de justis lib. 5. cap. pag. 3. 8. 9. & se explicans exemplo elemosynæ, Grat & lib. quæ bona est, etiam si fiat ab impudico, arbitrio cap. modo non impudicitie, sed misericordie 9. causa fiat: quod nos fufius explicavimus cap. 1. §. 6. num. 13.

§. V.

Bajo Pater Bellelli adversatur in sententia de operibus deliberatis in Deum referendis.

SUMMARIUM.

1. Et seqq. errori Bajano circa relationem omnium operum in Deo non adhæret Bellelli.

Error Bajæ
circa relationem
omni-
um operum
in Deum.

Postremo Bajus circa verba Apostoli 1. ad Corinth. 10. Sive ergo manducatis, &c. enormiter lapsus est, affirmans omnia illa opera, quæ in Deum non referuntur per charitatem, & amorem benevolentie, esse peccata, & a culpabili cupiditate corrumpi.

hæc habet: Si præceptum actualis dilectionis non urgeat, uti certissimum est non semper urgere; si bonum & pium est quod fit, & pia insuper fiat voluntate, virtualiter & implicite in Deum refertur, virtute præterita intentionis bonæ, perinde ac si dilectio actualis adesset.

1.
Huic errori
Bellellius ad-
versatur pri-
mo.

At Augustinianus Theologus, ut demonstravi in fine 2. capituli, propugnavit tantummodo præceptum referendi omnia opera deliberata in Dei gloriam relatione virtuali, cujus omissio non facit, ut eadem opera à noxia cupiditate proficiantur, vel ut intrinsecus mala sint; prout constat ex paragraphis præcedentibus, & luculentius ex dissert. 1. cap. 3. §. 2. & 5. ubi plura percelebris viri attuli testimonia, quorum unum est illud in 45. Quesnellii propositionem: Inde autem nullo conficitur jure, quod prava cupiditas, charitate absente auxiliatrice, omnes hominis actiones corrumpat, quoniam deficiente victrici gratia, potest cum effectu bene aliquantulum operari, &c.

In Propos.
Quesn. pag.
139.

2.
Secundò.

Porro quod etiam ad opera undequaque bona sufficiat virtualis in Deum relatio, scribit pius Auctor frequentissime de modo Repar. lib. v. ubi in cætera R. P. Berti Theol. Tom. IX.

Relatione etiam virtuali, quæ sit ex charitate, sive amore benevolentie, ab operante prætermittitur non vitari intrinsece, neque à cupiditate corrumpi officia moralium virtutum, sed tantum non esse bona undequaque, satis constat ex verbis repetitis num. 1. ex aliis permultis primæ dissertationis, necnon ex nuper productis hoc ipso in capite §. 2. & 4.

Virtutes quoque supernaturales, & actus bonos ac peritiles fidei, timoris ac spei, etiam absque explicita charitate, per quam in Deum referantur, non uno in loco illustris Theologus commendavit: ac de Fide inquit in propositionem Quesnellianam §1. Operatur fides in propos. 51. per spem, dum nos in consequenda justificationis per Christi mortem fiduciam evigilant; operatur per timorem, quia fide semper timorem præcedente, divina justitia timore concutimur; operatur per orationem, Ee 2 nem,

3.
Terziò.

4.
Quartò.

nem, quia fides impetrat quod lex imperat; operatur per charitatem, quia Christum Salvatorem diligimus, quem credimus omnis esse iustitiae fontem; operatur denique per semet ipsam, quia mysteriis à Deo nobis revelatis præbet assensum. Vide etiam in prop. 52. pag. 173. & in prop. 54. pag. 185.

5.
Quinto.
Lib. v. cap. 2.
pag. 310.

Ibid. cap. 4.
pag. 315. cap.
5 pag. 317.
cap. 6. p. 321.

In propof. 61.
Quesn. p. 213

De timore item inquit de modo Reparationis, etiam servilem secundum substantiam bonum esse, productis verbis S. Thomæ 2. 2. qu. 19. artic. 4. ad 3. Repetit inordinationem, qua magis timetur poena, quam culpa, *timentis malum esse, non timoris*. Amplectitur, laudatque sententiam Cardinalis Bellarmini lib. 2. de Pœnit. cap. 18. scribentis: *Qui serviliter timet malum: est, quia pluris facit poenam, quam culpam, sed timor ipse non est malus*. Addit de illo, qui cum timore gehennæ conjungit voluntatem peccandi: *Hoc autem modo qui timet, non timoris vitio, sed suo, legis honestatem, iustumque ordinem minime diligit*: & in propositionem 61. Quesnellii, *Aliud est*, inquit, *gehennæ timorem, quantum est ex sese, fugam interni mali non incutere; aliud vero quod suo timens vitio timorem effectui vacuum reddat, intimoque ad peccatum retento affectu, solam manum cohibeat*. Primum falsum est, quia timor gehennæ, quantum sua in ere est, suo nempe inspecto officio, & substantia, id omne fugiendum dicat, quod gehennæ poenam meretur. Secundum interdum accidit: at tunc non vitium timoris est, sed timentis. Vide diss. 1. cap. 3. §. 5. alia verba, quæ timorem à benevola charitate sejunctum, bonum, utilem, atque supernaturalem esse declarant.

6.
Sexto.

De modo Rep. 36.
p. 1. pag. 421.

In propof. 57.
Quesn. p. 193.

Item de Spe amori tantum concupiscentiæ conjuncta scribit Theologus Orthodoxus de modo Repar. lib. v. cap. 36. *Sperat autem, qui ex intentione æternæ mercedis obtinenda malum fugit, & bonum facit: ergo intentio ejus recta est*. Et rursus: *Neque enim qui sperat æternam gloriam, sperando peccat*. Atque in propositionem Quesnellianam 57. *Spes ad effectum consecutionis præmii sine charitate minime quidem est profutura; sed tamen est vera spes, & ad amissam charitatem recuperandam congrua impetratione peccatorem disponit, ex Trid. sess. 6. cap. 6.*

7.
Septimo.

Demum de virtutibus universim scribit Augustinianus Theologus in propositionem Quesnellianam 53. *Cum homo credit, sperat, timet, se humiliat, peccata detestatur, & plorat, vel simile quid*

Christianæ agit virtutis, actiones quidem Christianas facit, non tantum quia à charitate in Deum & Christum cunctæ ordinantur; sed etiam quia à sua qualibet Christiana procedit virtute. Charitas enim major dicta est esse, non sola. Si ergo non sola Christianorum virtus dicta est; non ergo sola actiones Christianas facit. Satis, ut arbitror, manifestum est, à Fulgentio Bellelli absque charitate, qua referantur in Deum, commendari, gratiæ adscribi, & non inter peccata, & inter noxiæ cupiditatis effectus recenseri actus fidei, timoris, spei, cæterarumque virtutum. Subjicienda est igitur.

CONCLUSIO.

In Scriptis Fulgentii Bellelli errores omnes Bajæ, de quibus superius instituta est disputatio, non asseruntur aut comprobantur, sed perspicue evidenterque damnantur, refelluntur, ac profligantur.

DEMONSTRATUR.

Recensiti Bajani errores in eo siti sunt, quod Michael Bajus rationalibus creaturis in prima earum conditione spectatis collatam denegans gratiam adoptionis, iustitiamque, per quam ad beatitudinem capeffendam pervenirent, constituens in solo ordine naturali, atque dona supernaturalia è medio tollens, consequenter dixerit Deum esse finem naturalem, ad quem naturali amore, ac viribus propriis possent ipsæ creaturæ rationales pertingere, ideoque rem esse prorsus eandem, quod Deus sit auctor naturæ rationalis, & quod sit gratiarum largitor; quod amore naturali Deus super omnia diligatur, & quod habeatur charitas, & gratia adoptionis perducens ad regnum; absque tali autem charitate regnet sola cupiditas, quæ omnem amorem, omnemque humanam actionem corrumpat. Hinc vero eo usque progressus est, ut omnia, & singula opera infidelium, qui illa charitate, & fide, quæ per dilectionem operatur, sunt destituti, oriri à cupiditate, atque hinc intrinsecus vitiari, & consequenter vera esse peccata existimaverit: libero arbitrio eadem gratia, eademque charitate expoliato, serviendi tantummodo noxiæ illi, omniaque opera corrumpenti cupiditati vim potestatemque tribuerit; omnesque actiones, quæ ab ipsa charitate non oriuntur, neque in Deum ordinantur, praviæ cupiditatis effectus, mala, vitia, peccata enormiter appellaverit. Hæc propositio

tio quoad omnes partes constat ex primo capite hujus tertiæ disertationis.

In Scriptis autem Augustiniani Theologi luculentissime proprietates naturæ à donis supernaturalibus distinguuntur; Deus *naturæ auctor*, quoad connotata, & ea distinctione, quam in ipso Deo Schola nostra propugnat, secernitur à Deo *auctore gratiarum*: amor, quo *pervenitur ad Deum*, adscribitur gratiæ; & nullibi damnatur, nullibi *cupiditati* attribuitur amor Creatoris, qui non sit propter se, & super omnia; ac etiam sine tali amore agnoscuntur opera bona complura, quæ à *cupiditate* nequaquam gi- gnuntur. Negatur præterea in iisdem Scriptis *infideles peccare in omnibus ope- ribus*: negatur liberum arbitrium non

posse recte agere, & se ad justificatio- nem disponere *absque gratia sanctifican- te*: negatur servire in omnibus operibus *dominanti cupiditati*: negatur omnia, quæ fiunt *absque gratia præveniente*, licet sterilia sint & ad salutem non con- ducant, à *cupiditate* vitiari, atque inter peccata esse connumeranda: negatur de- nique opera illa, quæ non referuntur in Deum *virtualiter*, fieri ex *culpabili cupi- ditate*, atque ab ista corrumpi. Hæc propositio quoad singulas partes in hoc tertio capite est evidens, & perspicua.

Luculentissime itaque in Scriptis Ful- gentii Bellelli omnes errores Baji, de qui- bus institimus disputationem, vitantur, damnantur, & refutantur.

§. VI.

Anonymi adversus præclarum Theologum Fulgentium Bellelli ob- jectiones reliquæ colliguntur, atque exsufflantur.

S U M M A R I U M.

1. Objeccio prima editur.

2. Nullius ingenii est objeccio 2da cum suis confirmationibus.

3. Retunduntur alii assultus Anonymi.

4. Et seqq. quæ obijciuntur contra fidem, spem, & timorem, nullius momenti sunt.

Objectiones reliquæ A- nonymi ad- versus Bel- lellium.

Nil prorsus reliquum est in toto illo modesti, sapientis, ac temperati Auctoris, qui larvatum *Bajanis- mum Reviviscentem* in lucem edens pro- prio nomine penitus occultato delitescere studuit, castigatissimo, cedroque di- gnissimo Opusculo, quod hac, & præce- dentibus disertationibus elisum non sit, fractum, ac dissolutum. Quoniam ta- men nonnulli ex iis, qui Litterati videri volunt, cum vix Theologicum curricu- lum compendiariis unius Scholæ exscrip- tis rudimentis peregerint, de quæstio- nibus difficillimis, nec forte perceptis, audent sententiam proferre: aut à natu- ra ingenioque ita comparati sunt, ut il- los doctiores, & veraciores existiment, qui dicteris aliorum famam proscindunt, & venenatissimo utuntur stylo; ideo ad istorum os obtundendum, quisquillas cæteras, & argutiunculas adversarii, con- sueta methodo servata, proponam ac refutabo.

Ergo Anonymus contendit à Fulgen- tio Bellelli propugnari doctrinam Baji in propositionibus 34. & 36. enuntiatam, quoniam Augustinensis Theologus *nul- lum medium admittit inter cupiditatem*

& amorem Dei supernaturalem: & quo- niam lib. 3. de statu creat. rat. inquit propositiones illas fuisse proscrip- tas *ob liberam privati Doctoris in alienas sen- tentias criminando acerbiter*. Hinc infert accusator, non alia ratione illum *violatæ Piane constitutionis crimen à se propulsare*, quam asserendo propositiones illas damnatas non esse *quantum ad do- ctrinam auctoris in iis contentam, sed so- lummodo ratione durioris styli, quo ar- guitur in eis sententia contradictoria*.

Verum constat ex dictis, quam hæc **Responsio**: objeccio inepta sit, atque inanis; nam- que ab Augustiniano Theologo actiones complures admitti, quæ neque à cupidi- tate, neque à charitate derivant, de- monstratum est cap. 2. primæ diserta- tionis, & confirmatur iis omnibus testi- moniis, quæ hoc eodem capite ex illius Voluminibus exscripsimus. Propositio- nes autem 34. & 36. Baji damnatas fuisse *ob nimis austeri, & severi iudicii li- bertatem*, scripserat antea doctissimus Vasquez, de quo cap. 1. §. 2. ac mira res est, quod eadem responsio sit in uno verax assertio, in alio autem piaculum inexplabile. Scio accusatorem repone- re,

E e 3

Bajan. Rediv. pag. 232.

1. Objeccio prima.